



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXIV. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter von Rakow mit dem  
vierten Theile des Gerichts zu Neu-Landsberg, welchen der Schulze  
Konekin besessen, am 24. Juni 1348.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](#)

XXXIV. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter von Rakow mit dem vierten Theile des Gerichtes zu Neu-Landsberg, welchen der Schulze Konekin besessen, am 24. Juni 1348.

Noverint etc. quod nos etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Hen. et petro, fratribus, dictis de Rakow, ciuitatis nostre Landesberg ciuiibus, fidelibus nostris dilectis, quartam partem judicij ciuitatis nostre pretacte cum singulis et vniuersis pertinenciis, eidem parti de jure uel ex debito pertinentibus, sub modis, formis, juribus, fructibus, commodis et honoribus, quibus prenotatam partem judicij discretus vir konekinus, schultetus noster ibidem, batus tenuit, possedit, in antea debito pheudi titulo perpetuis temporibus ab nobis sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendam. In cuius etc. Datum in noua Landesberg, Anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLVIII<sup>o</sup>, feria III infra octauas Corporis cristi.

Aus Hackwitz'scher Abschrift.

XXXV. Markgraf Ludwig ermaßigt die von der Stadt Neu-Landsberg zu leistende Urbede, am 26. September 1348.

Nos Ludovicus etc. coram vniuersis presentibus et futuris, ad quos presentes peruenient, profitemur, quod discreti viri consules et vniuersi ciuitatis nostre noue landesberg ciues, presentes et qui pro tempore fuerint, fideles nostri dilecti, in vera seu debita pensione sua annus, quam suorum meritorum consideracione partem relaxamus per presentes XX marcarum Brandenb., duobus solucionis terminis, videlicet in festo Martini XXXV marcas et in festo beate valburgis XXXV marcas, singulis annis deinceps succendentibus debebunt nobis, heredibus et successoribus nostris in antea perpetuis temporibus erogare, soluere seu dare. In cuius — Testes ut supra. Datum Arnswold, feria sexta ante Michabelis.

Aus den Dietmann'schen und Hackwitz'schen Sammlungen.

XXXVI. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Neu-Landsberg zum Wiederaufbau nach dem Brände und zum Ersatz für die besessene Holzniederlage seinen Zoll vom Holz daselbst, am 27. September 1348.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod' nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Reni, Bavarie et Karinthie dux, sacri